...ant se p̄ma
...ie excepi
...os. Po
...hs qua
...ie seni
...n prianes
...pen qa uer
...u. Gr
...his uris
...ale filii
...ferca ne
...un nobis
...dam. Qe
...ne Se po
...nuba qua
...ne nō du
...u inoce
...nuentu d
...clari ope
...Or
...n dāis par

Fratres. Convenientibus
vobis in unum iam non est
dominicam cenam manducare. Un-
usquisque enim suam cenam presumit
ad manducandum. Et alius quidem
esurit. alius autem ebrius est.
Numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum. aut
ecclesiam dei contempnitis et con-
funditis eos qui non habent.
Quid dicam vobis? Laudo vos?
in hoc non laudo. Ego enim ac-
cepi a domino: quod et tradidi vobis
quoniam dominus ihesus in qua nocte tra-
debatur. accepit panem et gratias
agens fregit et dixit. Hoc est cor-
pus meum quod pro vobis tradetur.
hoc facite in meam commemoratio-
nem. Similiter et calicem postquam
cenavit dicens. Hic calix no-
vum testamentum est in meo sanguine

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

ΕΥΛΟΓΙΑΙ

*Solennitati nuptiarum,*

# INTEGERRIMI

ET PRVDENTISSIMI VIRI,
Dn. MATTHAEI CÖRNERI, Prætoris
& Conſulis Eccartibergenſis Reip.
fidiſsimi, SPONSI,

*&*

*LECTISSIMÆ AC PVDICISSIMÆ VIRGINIS ANNÆ,*
*Reverendi & Clariſsimi viri, Dn. M. MARTINI VVILISCHII, p. m. Paſtoris & Superintendentis Eccartimontani vigilantiſsimi, filiæ relictæ, SPONSÆ:*

Sexto Idus Maij, Anno æræ Chriſtianæ 1603. Eccartibergæ celebratarum,

*Boni ominis gratia dicatæ.*

LIPSIAE
Excudebat Abraham Lamberg.

CHriſte Dei fili, parili, cum Flamine ſacro,
Et Patre cœleſti, qui numine cuncta gubernas;
Non hominem prodeſt, inquis, ſine compare ſolum
Vivere, ſed vitæ conſors ſocietur amica;
Naſceris ipſe expers labis de virgine pura,
Virgine, quæ caſto licet eſſet juncta marito,
Noverat amplexus nunquam tamen ipſa viriles:
Quinetiam tædis, Cana in Galilæide ſacris,
Hoſpes ades, donans prædivite munere Sponſos,
Dum liquidas vertis lymphas in dulce phalernum.
Sic verbis, ortu, factis ſocialia jura
Aſſeris, impuros contra, qui conjugis uſum
Legitimum reprobant & ſtupra nefanda ſequuntur.
Quare Connubium cùm ſit tua ſanctio CHRISTE,
MATTHÆOq; ANNAM ſociali fœdere jungas:
Ardenti nectas precor ut duo pectora amore.
Nam tua ſpectatur nunquam non ſancta voluntas:
De thalamo ut caſto gignantur pignora chara, Fines con-
Poſt fragilem vitam, quæ cœlica regna capeſſant: jugij. 1
Utq; ſuo Conjunx ſit fida miniſtra Marito, 2
Qui cum ſuſcipiat communi ſorte labores:
Illicitasq; faces ut flammula pura reſtinguat, 3
Et caſti caſto fundant pia vota IEHOVÆ.
Hæc pie Sponſe, pia cum Sponſa, mente revolvens,
Auxilium poſcas cœleſti à numine præſens.
En ſua conjungit veſtris ſimul hoſpita turba
Vota: novis adſit tædarum Fautor & Autor
Sponſis, unanimes vera ut pietate, fideq;
Poſt thalami carpant, æternæ gaudia vitæ.
Sic benedictus erit, manuum officijq; labore
Acquirens victum facilem pius ille Maritus:
Sic thalami conſors, fœcunda vitis ad inſtar,

Germina

*Germina producet, teneris conformia plantis.*
*Sic vigeant Reſpublica, Templa, gregesq́; docentum,*
*Unde bonos mores, & cum Pietate, probatas*
*Artes addiſcat Natorum ſera propago,*
*Donec eant Sponſo longævi Neſtoris anni,*
*Et Sponſa exuperet Cumææ ſecula vatis.*
*Hæc igitur vobis, ut ſint rata, vota jugatis*
*Numina dextra velint, adſitq́; vocatus* IESUS.

à
M. Ambroſio Stegmanno Eccleſiæ Eccardibergicæ Paſtore & Vicinarum Inſpectore.

## Zu Ehren vnd freundlicher glückwündſchung/ Dem Ehrnvehſten vnd Wolweiſen Herrn Matthæo Körnern/ Landrichter vnd Bürgermeiſtern zu Eckhartsberge/ Breutigam/ vnd der Ehrntugendſamen Jungfrawen Annen/ des weiland Ehrwürdigen/ Achtbarn vnd Wolgelahrten Herrn M. Martini Wilſchen/ Pfarherrn vnd Superattendenten zu gedachtem Eckartsberge/ nach verlaſſener Tochter/ seiner geliebten Braut/ auff jhren Hochzeitlichen Ehrentag/ den 10. Maij/ dis 1603. Jahrs daſelbſt gehalten/ geſtellet/ etc.

O Jeſu Chriſt war Gottes Sohn/
Der du regierſt im höchſten Thron/
Mit Vater vnd heiligem Geiſt/
Vnd allen Menſchen hülffe leiſt.
Du haſt verkünd mit eigner ſtim/
Im Paradiſs deins Vaters ſinn:
Es iſt nicht gut/ das ſey allein
Der Menſch ohne Gehülffen fein/
Jch wil bawen aus ſeiner Rieb/
Ein Weib die jhm ſey hertzlich lieb:
Ja du HErr Chriſt/ in vnſchuld rein/

 Empfangn

Empfangn vom heilgen Geiſt allein/
Von einer Jungfraw biſt geborn/
Die doch im Ehſtand war zuuorn:
Zu Cana auff der Hochzeit gern/
Erſcheineſt ohn ſonder beſchwern/
Die Ehleut mit köſtlichen Wein
Verehrſt/dabey frölich zu ſein:
Demnach bezeugt das Göttlich wort/
Dein Werck vnd heilige Geburt/
Der Ehlich ſtand für andern all/
Dir vnd deim Vater wolgefall/
Dagegn Ehloſs/vnzüchtig lebn/
Deinem Gebot thun widerſtrebn/
Wo man Ehlich zu ſein verbeut
Vnd Hurerey treibt vngeſcheut.

Dieweil denn Chriſte Gottes Sohn/
Der Eheſtand iſt dein ordnung ſchon/
So bitten wir von hertzen grund/
Du wolſt jhn ſegnen auch zur ſtund/
Die zwey hertzen mit lieb verbindn/
Die ſich jetzund darein thun findn/
Denn ſie auff vorgehend Gebet/
Der Freundſchafft rath mit nicht verſchmeht/
Sondern betrachtet deinen willn/
Gehorſamlich im werck zur fülln.
Damit durch jhren ſtand auff Erdn/
Der Menſchen Kinder gemehrt werdn/
Die dermal eins im Himmelreich/
Dir dienn/den heilign Engeln gleich:
Das Mann vnd Weib gehülffen ſein/
Das Creutz zu tragen in gemein:
Vnd das endlich der Ehſtand rein/

Für

Für Vnzucht vns beware fein/
Damit man mög den keuſchen Gott/
Recht anruffen in aller noth.

Dis wollen Breutigam vnd Braut/
Die jetzt zuſammen werdn getrawt/
Betrachten ſtets vnd ruffen an/
Den trewen Gott/der helffen kan.
So wündſchen auch die Geſte heut/
Das dieſe newe Ehleut beid/
In Gottes furcht vnd einigkeit/
Leben mögen in lieb vnd leid.
So wird geſegnet ſein der Mann/
Der ſeins beruffs abwarten kan/
Dadurch zu haus vnd auff dem Feld/
Mit ehrn erwerben Gut vnd Gelt:
Das Weib wird ſein dem Weinſtock gleich/
Mit Leibes früchtn begabet reich/
Die züchtig ſtehen für dem Tiſch/
Wie Oelpflåntzlein gerad vnd friſch:

Geiſtlich vnd weltlich Regiment/
Recht ſein beſtellet zu dem end/
Das in Kirchn vnd Schuln die Jugend/
Gezogn zu Gottes furcht vnd Tugend.
Vnd mögen Braut vnd Breutigam/
Wohnen in gutem fried beyſam/
Bis das ſie aus dem Jammerthal/
Verſetzet werdn ins Himmels Saal.
Dis wündſch ich jhn in Chriſti Namn/
Der helff das es werd Ja vnd Amn.

 ALIA.

## ALIA.

VIdes ut autor conjugij Deus
Odiſſe turpes illecebras ſolet,
Teſtantur hoc ſacrata ſcripta,
Inſuper hiſtoriæ ethnicorum.
Qui verò legis ſunt memores Dei,
Fœdusq́ue ſanctum conjugij colunt:
Hos diligit, largaq́ue tales
Accumulat benedictione.
Laudandus ergo Conſul es optime,
Quòd tu, ſecunda conjuge mortua,
Parente ſummo ſic volente
Conjugium vis inire ſacrum.
Mortalis ut ſit ſolus homo, bonum
Non eſſe, rerum conditor omnium
Fatur: proinde poſtulante
Numine, coſta tibi paranda eſt.
Sponſam paraſti Sponſe tibi, bonam,
Pulchram, pudicam, quæ timet ac Deum,
Felicitatem nos ob iſtam
Proptereò tibi gratulamur.
Optamus, annos vivite plurimos,
Erynnis abſit triſtis, amate vos
Ardore vero, caſta Sponſo
Progeneret quoque Sponſa prolem.

*Johannes Mullerus Diaconus.*

IAm novus ingreditur cum virgine templa maritus,
Vt thalami firmet, numine teſte, fidem.
Ite procul curæ, duri procul ite labores,
Tranſeat & felix hic ſine nube dies.
Non ullum tangant hodierna luce dolores,
Erigone fletus ſupprimat ipſa ſuos.
Alme pater, ſancis qui primos ſponſor amores,
Qui facis unius carnis & eſſe duos.
Huc ades, & cupido ſponſam conjunge marito,
Solvere quos nullus, mors niſi ſera, queat.
Túq; veni, ſacram dum virgo locatur ad aram,
Æterni ſoboles indubitata patris:
Sed facilis mitíſq; veni, nunc annue votis,
Nunc ſacra, CHRISTE, tuo cepta favore juva.
Qualem te memorant, poſito fundamine mundi
Ritè ſacerdotis munus obiſſe pium,
Atq; novo ſociam juveni duxiſſe puellam,
Stertentis coſtâ quæ fabrefacta viri.
Te quoq; adeſſe precor, menteſque fovere jugatas,
Quæ Patre, quæ Nato, flabilis aura, venis.
O Sator, ô rerum cuſtos, hominumque repertor,
Vnum qui triplici numine numen habes,
Effice ne vetitis permutent ignibus ignes,
Occupet illorum neu fera limen Eris,
Et quicquid caſtis eſt formidabile tædis,
Aërios jubeas dilacerare Notos.
Sancte veni, tecumque trahas, qui tela retundet,
Angelus & Satanæ qui remoretur iter.
Cernis enim, nec te, Pater optime, concita fallunt
Spicula conjugibus quæ jacet iſte pijs.
Iam facit inſanæ meditentur jurgia linguæ,
Iam facit irarum flagret uterque face.
Quid moror? attenta dudum Pater annuis aure,
Votaque quod cupiunt pondus habere ſinis.
Sic te venturo læti celebrabimus ævo,
Voxque erit in laudes hîc operoſa tuas.

*M. Iohannes VViliſch, Sponſæ F. Lipſiæ verbi*
*diuini ad D. Iohan. miniſter.*

## ALIA.

QVod DEUS æthereí moderator maximus orbis
Inſtituit, quicunq; tenet, bona multa reportat,
Et meritò: cui divini namque orbita verbi,
Gratia multa DEI ſequitur, benedictio multa.
Hinc te quis ſumma, Conſul digniſsime, laude
Non vehat? aut factum plenum pietatis avitæ
Approbet? Ecce tibi ad thalamum pia ducitur uxor,
Quæ tecum auguſtum peragat feliciter ævum,
Pignoribusq; domum repleat, lectumq; coronet
Connubiale, ferens tibi plauſus gaudiaq; ampla.
Me quoq; adeſſe juvat votis: quæ pectoris ima
Viſcera formârunt, & quæ mea carmine Muſa
Exclamet. Nunc ergo DEUS mala cuncta repellat
Et tædis præſtet felicia cuncta ſacratis.
Flebilis abſit Eris, veſtrum quæ ſolvat amorem:
Floridus adſit Eros connectens pectora amore.
Ipſe DEUS lætum vobis longè extrahat ævum,
Multos in ſera det poſteritate nepotes.
Hoc precor, hoc votis oro omnibus, annuat, à quo
Solo cuncta ſalus, cœli DEUS autor & orbis.

M. Iohannes Eignerus Lipſ.
S. T. S.

FINIS.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ

aut emissa voce magna ex
piravit. pu ur. Et velum te
pli scissum est in duo a summo usque
deorsum. Videns autem centurio qui
ex adverso stabat quia sic clamans
expirasset ait. Vere hic homo
dei filius erat. Erant autem et mu
lieres de longe aspicientes in
quibus erat maria magdalene
et maria iacobi minoris et
joseph mater et salome.
Et cum esset in galilea seque
bantur eum et ministrabant ei et alie
multe que simul cum eo ascenderant
ierusalem. ev. Et cum iam
sero esset factum quia erat parasceve
quod est ante sabbatum venit
joseph ab arimathia nobilis
decurio qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter introi
vit ad pylatum et petiit